Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31292
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

licet ad horam impij habeant potestatem super iustos in
corporibus, non tamen semper super animas autem illa;
habent nec damnabit eum cum audiet causa; eius
in futuro iudicio, licet ab hominibus reprobis hic falsi
reus et morte dignus iudicetur.

Tu ergo vir iuste non deficias in tribulationibus sed.
Exspecta patientes dominum qui iudicabit te ne in
vacuum expectes, interim custodi mandata eius et ex
altabit te hic meritis bonorum operum ampliando ut
hereditatem firma possessione capias terram superne
patrie, quam nemo pulsabit, nisi benemeritus adipisci
cum perierint peccatores videbis, audiens quod dicet eis
discedite a me maledicti &c.

Peccatores quidem celeste peribunt, nam Vidi impium
peccatorem supra statum sue conditionis et super humanum
modum potentia et honoribus seculi elevatum sicut cedri
libani que sunt maxime alte.

Et transiui mentem ad nouissima sua considerando et
ecce non erat iste, qui sic minuerat et reduxi eum ad
memoriam et non est inuentus splendor pompe eius, et
vestigium superbe gloriae eius in dignitate in diuitiis et
amplitudine familie quia locus eius cum eius prospe
ritate dissoluitur cum totius orbis corruptibilis gla
terminatur.

Et ne ad impiorum similitudinem tu perceas Iuste
di innocentiam vite, quantum ad deum iudicia equitate
iuste cum premio agendo, quoniam bona opa eius qui
pacifice vixit qui. s. bellum et impetus vitiorum in se
comprimit, non perierunt sed post hanc vitam uiuunt
remunerati et primati felicitate eterna.

Contra erit de impiis quoniam Multi simul cum
suis operibus disperibunt tradit flammis eterne pdi
tionis et reliquie eorum. s. diuitie et fama simul inte
ribunt, quoniam superuenente interitu eorum falsa laus